

01 Praecipue India Aethiopiaque miraculis abundant. Maxima in India gignuntur animalia.
02 Indicio sunt canes grandiores ceteris. Arbores quidem tantae proceritatis traduntur ut
03 sagittis superiaci nequeant. Et faciunt ubertas soli, temperies caeli, aquarum abundantia,
04 si libeat credere, ut sub una fico turmae condantur equitum. Harundines vero tantae
05 proceritatis sunt ut singulae partes flumine navigabili ternos homines ferant. Multos ibi
06 homines quina cubita constat longitudine excedere, non exspuere, non capitis aut
07 dentium aut oculorum ullo dolore adfici, raro aliarum corporis partium. Philosophos
08 eorum, quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare contuentes solem
09 immobilibus oculis, ferventibus harenis toto die alternis pedibus insistere. In monte, cui
10 nomen est Nulo, homines esse octonos digitos in singulis pedibus habentes auctor est
11 Megasthenes; in multis autem montibus genus hominum capitibus caninis ferarum
12 pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum; horum supra centum viginti
13 milia fuisse Ctesias scribit, et in quadam gente Indiae feminas semel in vita parere
14 genitosque confestim canescere. Idem hominum genus, qui Monocoli vocarentur,
15 singulis pedibus esse, mirae pernicitatis ad saltum; alias Sciapodas vocari, quod in
16 maiore aestu humi iacentes resupini umbra se pedum protegant. Non longe eos a
17 Troglodytis abesse, rursusque ab his versus occidentem quosdam sine cervice oculos in
18 umeris habentes. Sunt et satyri, animalia velocissima, quadripedes, recte currentes,
19 humana effigie; propter velocitatem nisi senes aut aegri non capiuntur. Est etiam gens
20 aliqua silvestris, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus
21 caninis. Eudoxus in India viris plantas pedum esse abnormes dicit, feminis parvissimas.
22 Ad extremos fines Indiae ab oriente circa fontem Gangis gentem sine ore esse, corpore
23 toto vestiri lanugine, halitu tantum viventem et odore quem naribus trahant. Nullum illis
24 cibum nullumque potum, radicum tantum flororumque varios odores et silvestrium
25 malorum, quae secum portant longiore itinere, ne desit olfactus; graviore paulo odore
26 faciliter examinari. Super hos, extrema in parte montium, Pygmaei narrantur, salubri
27 caelo semperque vernante, montibus ab aquilone oppositis, quos a gruibus infestari
28 Homerus quoque tradidit.

Esercizio 01 [1 su 4]

Elige

001 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel usitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum asseverantur. Natura quoque mira est, neque adsunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

002 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel inusitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum asseverantur. Natura quoque mira est, nec desunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

003 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel usitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum non asseverantur. Natura quoque mira est, nec desunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

004 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel inusitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum non asseverantur. Natura quoque mira est, neque adsunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

Esercizio 02 [6 su 8]

Nunc in locis vacuis insere haec verba (animum autem adverte: non omnia vocabula addenda sunt).

Miracula innumera in India atque in Aethiopia inveniuntur. Immania animalia in India nascuntur ut intelligi potest a canum magnitudine, quae ceteros superat. Arborum autem proceritas narratur tanta esse ut superius ne quidem sagittae possint. Et hoc fit loci feracitate, clementia caeli, aquis copiosissimis, ita ut, si id credi potest, una ficus equites plurimos possit. Harundines tam proceres sunt ut, si in partes secentur, harum singula pars in fluminis navigabilis alveo tres homines possit. Pro certo plurimos viros proceriores quam quinque cubita esse, salivam non emittere, numquam ex capite laborare aut ex dentibus aut ex oculis, rareque ex aliis partibus. praeterea philosophos, qui illic Gymnosophistae, a prima luce usque ad occasum stantes solem posse nec umquam oculos, pari tempore insistentes solo arenoso ardenti modo hoc modo altero pede se sustinentes.

constat / habetur / iaci / intueri / inveniuntur / inveniri / movere / protegere / vehere / vocantur

Esercizio 03 [6 su 8]

Verae an falsae sunt hae sententiae?

01. In India quidam canes maiores quam alii sunt	F	V
02. Arborum in India proceritas tanta est ut tantum sagittae eos superare possint	F	V
03. Harundines tantae sunt ut partibus earum ad transportandos homines in flumine navigabili Indi utantur	F	V
04. Traditum est quamdam gentem in India capitibus dolore numquam affici, ex aliis corporis partibus aliquando laborare	F	V
05. Gymnosophistae arenis ardentibus instare possunt, quia pedes octo digitis praeditos habent	F	V
06. Ctesias scribit in montibus esse circiter centum viginti milia hominum capite canino atque latrantium	F	V
07. Eudoxus in India feminis plantas pedum maximas esse refert	F	V
08. Circa fontem Gangis hominum genus est, qui cibum non edunt neque potum ullum bibunt, quia tantum odoribus e floribus vel radicibus effusis aluntur	F	V

Esercizio 4 [12 su 16]

Quid haec vocabula in hoc scripto significant?

01 **miraculis** (r. 1)

- a. eventi miracolosi
- b. stranezze che destano meraviglia
- c. stranezze che destano ammirazione
- d. magie miracolose

02 **indicio** (r. 2)

- a. delazione
- b. accusa
- c. traccia
- d. prova

03 **ubertas** (r. 3)

- a. quantità
- b. fertilità
- c. umidità
- d. estensione

04 **exortu** (r. 8)

- a. giardino
- b. alba
- c. esordio
- d. oasi

05 **parere** (r. 13)

- a. apparire
- b. obbedire
- c. partorire
- d. sposarsi

06 **canescere** (r. 14)

- a. diventare cani
- b. diventare grandi
- c. diventare canuti
- d. diventare canori

07 **pernicitatis** (r. 15)

- a. snellezza
- b. biancore
- c. velocità
- d. pericolosità

08 **aestu** (r. 16)

- a. energia
- b. calore
- c. bollitura
- d. tempo

09 **resupini** (r. 16)

- a. sdraiati bocconi
- b. accovacciati
- c. sdraiati a faccia in su
- d. sottomessi

10 **aegri** (r. 19)

- a. feriti
- b. amareggiati
- c. irati
- d. ciechi

11 **hirtis** (r. 20)

- a. irsuti
- b. irti
- c. spinosi
- d. barbuti

12. **glaucis** (r. 20)

- a. gialli
- b. miopi
- c. chiari
- d. cisposi

13. **ore** (r. 22)

- a. orecchia
- b. bocca
- c. volto
- d. testa

14 **malorum** (r. 25)

- a. dei mali
- b. dei malvagi
- c. delle bacche
- d. dei frutti

15 **vernante** (r. 27)

- a. limpido
- b. primaverile
- c. invernale
- d. equatoriale

16 **aqilone** (r. 27)

- a. animale rapace
- b. protezione di tela
- c. tramontana
- d. burrasca

Esercizio 05 [6 su 8]

1. *Quid de feminis Indicis Eudoxo mirum videtur?*

- a. illae semel in anno pariunt
- b. illis pedes parvissimi sunt
- c. illae toto corpore vestiri lanugine dicuntur
- d. illae dentes caninos habent

2 *Qui sunt Satyri?*

- a. sunt gens silvestris ferocissima, dentibus caninis praedita
- b. sunt animalia quae caput humanum habent
- c. sunt homines canina effigie, mira velocitate currentes
- d. sunt animalia sine ore, oculis glaucis praedita

3. *Ubi homines sine capite inveniri possunt?*

- a. auctore Megasthene, montem Nulum incolunt
- b. in multis montibus Indiae sunt, ut Ctesia refert
- c. apud Troglodytas illi inveniri possunt
- d. longe abesse a Sciapodis illos constat

4. *Cur Sciapodes hoc nomine vocantur?*

- a. quia illi unum pedem amplissimum habent
- b. quia mira agilitate currunt et saliunt
- c. quia oculos non in capite, sed in pede habent
- d. quia magnis pedibus corpora aliquando operiunt

5. *Quomodo Indi harundinibus utuntur?*

- a. turmas equitum ab aestu solis protegunt
- b. illas caedunt et super flumina liquida iaciunt
- c. parvas faciunt rates, ut secundo flumine navigare possint
- d. ponte ex eis facto, flumina facilime tranant

6. *Quid Gymnosophistarum praecipuum est?*

- a. philosophi sunt doctissimi et oracula proferunt
- b. numquam dolore aliquo afficiuntur
- c. fulgorem solis immotis palpebris aspicere possunt
- d. philosophi sunt doctissimi, qui maximo habentur honore

7. *Quid de Pygmaeis ab antiquis narratur?*

- a. nec cibum nec potum sumunt, sed halitu ac florum odore aluntur
- b. minima proceritate illi sunt, sed velocissime currunt

- c. regionem salubrem incolunt, ubi montes oppositi grues repellunt
- d. caelo mitissimo illi gaudent, sed a gruibus persaepe vexantur

8. *In India permulta mirabilia scimus fuisse. Exempli gratia, in his terris incolunt:*

- a. homines perniciosissimi, qui quattuor pedes habent et latrant
- b. animalia velocissima, quae numquam, nisi ab homine aegro, capiuntur
- c. gens aliqua, quae nulla lanugine tegitur et semper secum mala silvestria fert
- d. gens aliqua silvestris, quae verba humana nescit et sonos emittit stridulos

Esercizio 06 [6 su 8]

Elige

001 *ut* (r. 4) introduce una frase

completiva / consecutiva / finale / volitiva

002 *ut* (r. 5) introduce una frase

completiva / consecutiva / finale / volitiva

003 *armatum* (r. 12) si riferisce a

genus / hominum / ferarum / latratum

004 *quod* (r. 15) introduce una frase

causale / completiva / dichiarativa / relativa

005 *versus* (r. 17) è

aggettivo / participio / preposizione / sostantivo

006 *illis* (r. 23) si riferisce a

Fines / Indiae / gentem / naribus

007 *paulo* (r. 25) è un

aggettivo / avverbio / preposizione / sostantivo

008 *quos* (r. 27) si riferisce a

hos / Pygmaei / montibus / gruibus

Soluzioni

01 Praecipue India Aethiopique miraculis abundant. Maxima in India gignuntur animalia.
02 Indicio sunt canes grandiores ceteris. Arbores quidem tantae proceritatis traduntur ut
03 sagittis superiaci nequeant. Et faciunt ubertas soli, temperies caeli, aquarum abundantia,
04 si libeat credere, ut sub una fico turmae condantur equitum. Harundines vero tantae
05 proceritatis sunt ut singulae partes flumine navigabili ternos homines ferant. Multos ibi
06 homines quina cubita constat longitudine excedere, non exspuere, non capitis aut
07 dentium aut oculorum ullo dolore adfici, raro aliarum corporis partium. Philosophos
08 eorum, quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare contuentes solem
09 inmobilibus oculis, ferventibus harenis toto die alternis pedibus insistere. In monte, cui
10 nomen est Nulo, homines esse octonus digitos in singulis pedibus habentes auctor est
11 Megasthenes; in multis autem montibus genus hominum capitibus caninis ferarum
12 pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum; horum supra centum viginti
13 milia fuisse Ctesias scribit, et in quadam gente Indiae feminas semel in vita parere
14 genitosque confestim canescere. Idem hominum genus, qui Monocoli vocarentur,
15 singulis pedibus esse, mirae pernicitatis ad saltum; alias Sciapodas vocari, quod in
16 maiore aestu humi iacentes resupini umbra se pedum protegant. Non longe eos a
17 Troglodytis abesse, rursusque ab his versus occidentem quosdam sine cervice oculos in
18 umeris habentes. Sunt et satyri, animalia velocissima, quadripedes, recte currentes,
19 humana effigie; propter velocitatem nisi senes aut aegri non capiuntur. Est etiam gens
20 aliqua silvestris, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus
21 caninis. Eudoxus in India viris plantas pedum esse abnormes dicit, feminis parvissimas.
22 Ad extremos fines Indiae ab oriente circa fontem Gangis gentem sine ore esse, corpore
23 toto vestiri lanugine, halitu tantum viventem et odore quem naribus trahant. Nullum illis
24 cibum nullumque potum, radicum tantum florumque varios odores et silvestrium
25 malorum, quae secum portant longiore itinere, ne desit olfactus; graviore paulo odore
26 faciliter examinari. Super hos, extrema in parte montium, Pygmaei narrantur, salubri
27 caelo semperque vernante, montibus ab aquilone oppositis, quos a gruibus infestari
28 Homerus quoque tradidit.

Esercizio 01 [1 su 4]

Elige

001 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel usitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum asseverantur. Natura quoque mira est, neque adsunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

002 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel inusitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum asseverantur. Natura quoque mira est, nec desunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

003 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel usitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum non asseverantur. Natura quoque mira est, nec desunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

004 In India et Aethiopia multa reperiri possunt, quae humanam credulitatem excedant. Sunt enim plurimae gentes quae faciem alibi ignotam praebent, vel inusitata faciunt, quae tamen ab auctoritate rerum scriptorum non asseverantur. Natura quoque mira est, neque adsunt animalia humanam formam praebentia, neque homines qui ferino aspectu dici possint.

Esercizio 02 [9 su 12]

Nunc in locis vacuis insere haec verba (animum autem adverte: non omnia vocabula addenda sunt).

Miracula innumera in India atque in Aethiopia inveniuntur. Immania animalia in India nascuntur ut intelligi potest a canum magnitudine, quae ceteros superat. Arborum autem proceritas narratur tanta esse ut superius ne quidem sagittae ...1... possint. Et hoc fit loci feracitate, clementia caeli, aquis copiosissimis, ita ut, si id credi potest, una ficus equites plurimos ...2... possit. Harundines tam proceres sunt ut, si in partes secentur, harum singula pars in fluminis navigabilis alveo tres homines ...3... possit. Pro certo ...4... plurimos viros proceriores quam quinque cubita esse, salivam non emittere, numquam ex capite laborare aut ex dentibus aut ex oculis, rareque ex aliis partibus. ...5... praeterea philosophos, qui illic Gymnosophistae ...6..., a prima luce usque ad occasum stantes solem ...7... posse nec umquam oculos ...8..., pari tempore insistentes solo arenoso ardenti modo hoc modo altero pede se sustinentes.

constat / habetur / iaci / intueri / inveniuntur / inveniri / movere / protegere / vehere / vocantur

01 iaci	02 protegere	03 vehere	04 habetur
05 constat	06 vocantur	07 intueri	08 movere

Esercizio 03 [6 su 8]

Verae an falsae sunt hae sententiae?

01. In India quidam canes maiores quam alii sunt	F	
02. Arborum in India proceritas tanta est ut tantum sagittae eos superare possint	F	
03. Harundines tantae sunt ut partibus earum ad transportandos homines in flumine navigabili Indi utantur	V	
04. Traditum est quamdam gentem in India capitibus dolore numquam affici, ex aliis corporis partibus aliquando laborare	V	
05. Gymnosophistae arenis ardentibus instare possunt, quia pedes octo digitis praeditos habent	F	
06. Ctesias scribit in montibus esse circiter centum viginti milia hominum capite canino atque latrantium	V	
07. Eudoxus in India feminis plantas pedum maximas esse refert	F	
08. Circa fontem Gangis hominum genus est, qui cibum non edunt neque potum ullum bibunt, quia tantum odoribus e floribus vel radicibus effusis aluntur	V	

Esercizio 4 [12 su 16]

Quid haec vocabula in hoc scripto significant?

01 **miraculis** (r. 1)

- e. eventi miracolosi
- f. stranezze che destano meraviglia
- g. stranezze che destano ammirazione
- h. magie miracolose

02 **indicio** (r. 2)

- a. delazione
- b. accusa
- c. traccia
- d. prova

03 **ubertas** (r. 3)

- a. quantità
- b. fertilità
- c. umidità
- d. estensione

04 **exortu** (r. 8)

- e. giardino
- f. alba
- g. esordio
- h. oasi

05 **parere** (r. 13)

- e. apparire
- f. obbedire
- g. partorire
- h. sposarsi

06 **canescere** (r. 14)

- e. diventare cani
- f. diventare grandi
- g. diventare canuti
- h. diventare canori

07 **pernicitatis** (r. 15)

- e. snellezza
- f. biancore

- g. **velocità**
- h. pericolosità

08 **aestu** (r. 16)

- e. energia
- f. **calore**
- g. bollitura
- h. tempo

09 **resupini** (r. 16)

- e. sdraiati bocconi
- f. accovacciati
- g. **sdraiati a faccia in su**
- h. sottomessi

10 **aegri** (r. 19)

- e. **feriti**
- f. amareggiati
- g. irati
- h. ciechi

11 **hirtis** (r. 20)

- e. **irsuti**
- f. irti
- g. spinosi
- h. barbuti

12. **glaucis** (r. 20)

- e. gialli
- f. miopi
- g. **chiari**
- h. cisposi

13. **ore** (r. 22)

- e. orecchia
- f. **bocca**
- g. volto
- h. testa

14 **malorum** (r. 25)

- e. dei mali
- f. dei malvagi
- g. delle bacche
- h. **dei frutti**

15 **vernante** (r. 27)

- e. limpido
- f. **primaverile**
- g. invernale
- h. equoriale

16 **aquilone** (r. 27)

- e. an-imali rapaci
- f. protezione di tela
- g. tramontana**
- h. burrasca

Esercizio 05 [6 su 8]

1. *Quid de feminis Indicis Eudoxo mirum videtur?*

- e. illae semel in anno pariunt
- f. illis pedes parvissimi sunt**
- g. illae toto corpore vestiri lanugine dicuntur
- h. illae dentes caninos habent

2 *Qui sunt Satyri?*

- e. sunt gens silvestris ferocissima, dentibus caninis praedita
- f. sunt animalia quae caput humanum habent**
- g. sunt homines canina effigie, mira velocitate currentes
- h. sunt animalia sine ore, oculis glaucis praedita

3. *Ubi homines sine capite inveniri possunt?*

- e. auctore Megasthene, montem Nulum incolunt
- f. in multis montibus Indiae sunt, ut Ctesia refert
- g. apud Troglodytas illi inveniri possunt**
- h. longe abesse a Sciapodis illos constat

4. *Cur Sciapodes hoc nomine vocantur?*

- e. quia illi unum pedem amplissimum habent
- f. quia mira agilitate currunt et saliunt
- g. quia oculos non in capite, sed in pede habent
- h. quia magnis pedibus corpora aliquando operiunt**

5. *Quomodo Indi harundinibus utuntur?*

- a. turmas equitum ab aestu solis protegunt
- b. illas caedunt et super flumina liquida iaciunt
- c. parvas faciunt rates, ut secundo flumine navigare possint**
- d. ponte ex eis facto, flumina facilime tranant

6. *Quid Gymnosophistarum praecipuum est?*

- e. philosophi sunt doctissimi et oracula proferunt
- f. numquam dolore aliquo afficiuntur
- g. fulgorem solis immotis palpebris aspicere possunt
- h. philosophi sunt doctissimi, qui maximo habentur honore

7. *Quid de Pygmaeis ab antiquis narratur?*

- e. nec cibum nec potum sumunt, sed halitu ac florum odore aluntur
- f. minima proceritate illi sunt, sed velocissime currunt
- g. regionem salubrem incolunt, ubi montes oppositi grues repellunt
- h. caelo mitissimo illi gaudent, sed a gruibus persaepe vexantur

8. *In India permulta mirabilia scimus fuisse. Exempli gratia, in his terris incolunt:*

- e. homines perniciosissimi, qui quattuor pedes habent et latrant
- f. animalia velocissima, quae numquam, nisi ab homine aegro, capiuntur
- g. gens aliqua, quae nulla lanugine tegitur et semper secum mala silvestria fert
- h. gens aliqua silvestris, quae verba humana nescit et sonos emittit stridulos

Esercizio 06 [6 su 8]

Elige

001 *ut* (r. 4) introduce una frase

completiva / **consecutiva** / finale / volitiva

002 *ut* (r. 5) introduce una frase

completiva / **consecutiva** / finale / volitiva

003 *armatum* (r. 12) si riferisce a

genus / hominum / ferarum / latratum

004 *quod* (r. 15) introduce una frase

causale / completiva / dichiarativa / relativa

005 *versus* (r. 17) è

aggettivo / participio / **preposizione** / sostantivo

006 *illis* (r. 23) si riferisce a

Fines / Indiae / **gentem** / naribus

007 *paulo* (r. 25) è un

aggettivo / **avverbio** / preposizione / sostantivo

008 *quos* (r. 27) si riferisce a

hos / Pygmaei / montibus / gruibus